



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

In Seminarium ingressus. 13

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

quatuor ibi vigent Partheniæ  
 fodalitatis gymnasia: quorum  
 plurimus hic labor: bellum cum  
 vitijs gerere, & dictis factisque,  
 veluti classico, ad virtutem vo-  
 care. His iterum suæ, cuique le-  
 ges & iura, sui seorsim clientes,  
 & palestræ; magno ad honesta-  
 tem tuendam adiumento. Qui  
 vniuersæ tot capitum familiæ  
 moderatur, Rectorem vocant.  
 Igitur Vbaldini, quem diximus,  
 parens, vt hunc sibi locum ad fi-  
 lij studia delegit, Rectorem adit;  
 eiusque fidei Antoniũ Mariam  
 Vbaldinum permittit: pollici-  
 tus, facilem, ac nisi se fallat, om-  
 nia morigerum fore. Monstra-  
 to dein, quid illo fieri præterea  
 velit, ab Vrbe discedit.

*XIII. In Seminariũ ingressus.*

**A**T Antonius, adhuc domi  
 suæ

sua  
 Sen  
 feli  
 gra  
 fat  
 tur  
 tar  
 ris  
 sua  
 ter  
 Po  
 nit  
 à q  
 ger  
 dus  
 que  
 se f  
 pol  
 pre  
 nio  
 da  
 & e

VBALDINI. 31

suæ, simul deuotum se Romano  
 Seminario intellexit, sibi noua  
 felicitate, velut cælo delapsa  
 gratulabatur. Et tametsi nondū  
 satis, quibus ibi legibus viueretur,  
 singillatim rescierat: magnis  
 tamen, puer perspicax, coniecturis  
 iām præceperat, locum, vitæ  
 suæ rationibus, longè quam paternas  
 ædes fore opportuniorē. Post igitur  
 quam in Urbem venit, per complusculos  
 dies, quid à quouis in Seminario,  
 rectè ageretur, coram, velut contabundus  
 sollertèrque explorabat; atque inde,  
 quid, quantumque à se fieri id loci  
 clam palàmque posset, disquirebat.  
 Denique deprehendit; cum præcepta  
 opinionēs locum locique commoda  
 pulchrè omnia consentire, & occasionem  
 sibi abundè fore,

ad seruitutem Deo, etiam inter  
 litteras seruiendam. Sed quan-  
 quam ipse litterarum negligens  
 non fuit, (quippe qui in eo de-  
 cursu numeros boni discipuli  
 omnes sic impleuit, vt impera-  
 tum scholæ pensum primus  
 omnium pendere; silentij rigo-  
 rem propè Samia religione, ser-  
 uare; & iussa doctoris ad nutum  
 facere, cum omnium admira-  
 tione studuerit) mihi tamen  
 consilium hic non est adolescē-  
 tiam ERVDITAM, sed PIAM  
 duntaxat, probamque expin-  
 gere. Et nim, sicut facile dede-  
 ro, habuisse, Antonium haud  
 nullos, quibus palmam in eru-  
 ditionis ludo, concederet; ita  
 plurimi fuere, quorum ipse, in  
 ducenda virtutis pompa, chora-  
 gus, me certè iudices, potuit ha-  
 bere.

ben  
 ian

I  
 r

qu  
 fel

ad  
 feci

mi  
 ter

age  
 loq

vel  
 no

occ  
 pri

alij  
 sim

seri  
 pra

beri: Quod ex ijs, quæ narrare iam nunc ingredior, palam fiet.

*XIV. Orandi Consilium.*

**I**Nitium narrationis mihi erit ratio studiumque orandi: à quo ille principio, ut ego accepi feliciter exorsus breui mirificos, ad reliquas virtutum progressus fecit. Etenim cum in ceteris Seminarij bonis, etiam hoc suppetere sibi commodum sensisset, ut agendi cum viris Religiosis, colloquendique copiam, quantam vellet domi quotidie haberet; non est passus elabi de manibus occasionem; sed captato quam primum congressu, alia cepit ex alijs prudenter quæritare, ac sensim eo deoluere orationem, ut ferio percontaretur, quænam præcipue via ducere adolescen-